uata ſolennitate in tali alienatione requiſita de nouo concederetur,cum tranſiret etiam ad extraneos hæredes,vt tradit decius.vbi. §.colum.15. ¶Limita etiam niſi in conceſsione dicatur de hæredibus maſculis:nam tunc non venient extranei, ſed tantum deſcendentes,ita tenuit Rayne.de Forli.in diſputatione ſua incipit,quidam habebat duos filios ſequitur Bald.in.l. gallus.§.etiam colum.penul.ff. de liber.& poſthum.per text.in.d.§.ſi clientulus.de alienatio.feu.& etiam decius in.d.c.in præſentia.¶Sed quid ſi recipiat quis emphyteoſim pro ſe &ſuis filiis & hæredibus,an exigatur,quod filij etiam ſint hæredes,vt ſuccedere poſsint in emphyteoſi? Barto. in.l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de operis liberto.tenet quòd ſic allegando.§. emphyteoſim.d.auten.de non alienan.& ſequitur Bald.in.l.tale pactum.§.fi.in prin.ff.de pactis per illum text.& Angel.in.d.l.gallus.§. etiam.ff.de liber.& poſthu.& idem dicit Alexan.conſi.44.volumi. 4.viſo themate.in prin.ſi dicatur pro filiis & ſucceſſoribus, qui allegat Imol.in.l.quod dicitur.in fin.vlti.colum.ff. de verbo.obliga. ¶Sed quid ſi filij ſint inæqualiter inſtituti in hæreditate:an in emphyteoſi ſuccedant æqualiter?Bald.quòd ſic in.d.auten.ſi quas ruinas.C.de ſacroſanct.eccle.colum.4.&in.l.liberti.colum.6.C.de operis liberto.aduerte tamen,quia Bald.loquitur,quando non fuit adiectum verbum & hæredibus ſed tantum fuit dictum de filiis:quinimo ex mente Bald.eſt in.d.autenti.ſi quas ruinas,cum dicit,quia tunc emphyteoſis non eſt ius hæreditarium, quòd quando adiectum fuit & hæredibus &c.quòd tunc ſuccedant in emphyteoſim pro parte in qua ſunt inſtituti,& ſi aliquis eorum inſtituatur in re certa,tunc non ſuccederet in emphyteoſi,vt voluit Bal.in.d.l.liberti colum.7.verſicu.ſecundum dubium:quia appellatione hæredis in dubio venit hæres vniuerſalis,non autem hæres in re certa.l.quotiens.C.de hære.inſtitu.l.hæreditas.ff.de regu.iur.& ſaltem hoc procederet,quando pater voluit & expreſsè diſpoſuit, quòd ad hæredes vniuerſales pertinerent bona emphyteotica,vt adducit Alexan. referens Angelum &Imol.conſi.124.circa primum dubium colum. penul.volumi.5.vide etiam Iaſo.in.d.l.2. verſicu.quinto quærit hic Salyce.in.99.colum.totius tractatus.C.de iure emphyteo.vbi dicit iſtum paſſum eſſe dubium,& doctores varios & nihil affirmat:ſed tranſit remiſsionibus contentus non allegans dictum conſil.Alex. nota etiam quòd emphyteoſis hæreditaria poteſt vni ex filiis aſſignari per patrem,ſecundum Bald.in.d.l.liberti colum.7.iudicatur enim de ea,ſicut de aliis bonis patrimonij teſtatoris & ſic ſecundum iura regni limitabitur:quod nota,quia ſecundum hoc attentis.ll. huius regni talis emphyteoſis limitabitur ad vires tertij,& quinti, & partis legitimæ,ſi autem non eſſet hæreditaria:ſed tantum recepta ſimpliciter pro ſe,& filiis ſine adiectione & hæredibus,tunc pater non poſſet vni filiorum illam prælegare vel donare,vt vult Bart. in.d.§.ſi liberi.colum.2.verſicu.ſecundum dubium.Contrarium tamen tenet Bald.in.d.auten.ſi quas ruinas.& Ioan.de Imo.in capitu. potuit de locato.in vltima charta.& quòd opinio Barto.in hoc magis communiter damnetur,aſſerit Alexan.in.d.conſil.124.col.pen. vbi ponit rationem de hoc & doctores ita tenentes vi.ibi per eum. ¶Sed quid ſi in inueſtitura dum conceditur emphyteoſis,non fiat aliqua mentio de filiis,neque de hæredibus:ſed ſimpliciter quis accipiat rem in emphyteoſim?Bald.in capitu.primo quibus mod.feu. conſtitu.poſsit vult,quòd ſi emphyteoſis ſimpliciter recipiatur intelligitur recepta pro filiis maſculis,ſicut & in feudo dicit ibi gloſſ. & dicit hoc eſſe tenendum cordi.& notandum dictum Bald.refert Iaſon.in.d.l.2.verſicu.10.quæro in.101.colum.totius tractatus dicens, quòd Ange.in.l.item videndum.§.fin.ff.de petitio.hæredi.per text. in dicto.§.emphyteoſim.voluit, q̃ cũ ſimpliciter eſt recepta tranſeat tam ad filios maſculos,quam ad fœminas. & pertranſit breuiter non dilucidans iſtum articulum. ¶Ego verò bene conſideratis verbis. dicti. §. emphyteoſim, & notatis per gloſſ. in dicto capitu.primo.quibus modis feud.conſtit.poſsit.aliter dicerem,quòd aut loquimur in emphyteoſi eccleſiæ, quæ ſimpliciter recipitur nulla facta mentione filiorum, neque hæredum & tali caſu emphyteoſis durabit ad ſolam vitam percipientis, neque tranſibit ad eius filios,vel nepotes:ex quo pro eis non fuit recepta, quod ſatis bene probatur.in dicto.§.emphyteoſim.recte intelligendo,nam cũ ibi dicitur, niſi filios aut nepotes habuerit: refertur ad id quod primo in princip.§.dixit in verſiculo.fieri ſinimus & in accipientis perſonam & in duobus eiuſdem perſonæ hæredibus filiis &c. & ſic quando fuit in conceſsione de filiis & nepotibus cautum, & ideo ſubdit quòd non tranſibit ad virum & vxorem niſi ſpecialiter ſit cautum.non tamen vult ille text. quod ſi emphyteoſis eccleſiæ ſimpliciter recipiatur,nihil dicendo de filiis,vel nepotibus, quòd ad eos emphyteoſis extendatur,neque Angel.in.d.§.fina.tenet contrarium, quia allegat dict. §. emphyteoſim.qui vt dixi loquitur quando conceſsio fuit facta etiam pro filiis & nepotibus & ex hoc patet male dixiſſe Ioan.de Imol.in.d.l.quod dicitur col.10.ff. de verb.obliga.in quantum dixit q̃ ſi emphyteoſis eccleſiæ cõceditur non facta expreſsione temporis,intelligit̃ quòd eſt in perpetuum conceſſa:nam ex quo concedi poteſt in perpetuum & tempus non adiicitur,dicitur in perpetuum concedi,argumen.l.ſeruus. ff.de pœnis:nam hoc eſt expreſsè contra.d.§.emphyteoſim.qui non eſt correctus,quando emphyteoſis fuit conceſſa ſimpliciter:ſed quãdo per verba expreſſa vel equipollentia in perpetuum concederetur,vt dixi.§.Patet etiam malè dixiſſe Bald.in auten.ſi quid.C.qui potio.in pig.habe.& in addi.ad Specula.titu.de locato.columna.2. verſicu.eccleſia poteſt.vbi dixit, quòd ſi eccleſia ſimpliciter concedit in emphyteoſim,putà titio,quòd tunc intelligitur de ſe & filiis & nepotibus.ita dicit notari in.l.etiam.ff.ſolu.matrimo.vbi gloſſ. hoc non dicit,ſed quòd emphyteoſis eccleſiaſtica non tranſit ad extraneos hæredes:ſed ad filios vel nepotes.& allegat.d.§.emphyteoſim.qui vt dixi,loquitur etiam de filiis & nepotibus.& quòd ita intelligatur.d.§.emphyteoſim,eſt de mente Bald.in auten. defuncto. C.ad Tertullia.parum poſt prin.cum dicit,nam emphyteoſis eccleſiaſtica de ſui natura non reſpicit,niſi lineam deſcendentem:quoniam non debet fieri niſi in accipientis perſona,& in duobus eiuſdem perſonæ hæredibus pondero,cùm dicit, fieri & cum poſtea Bald.ſubdit,niſi dicatur expreſſe quòd tranſeat in omnes deſcendentes in infinitum:quia tale pactum hodie valet per.d.§.licentiam & ex hoc patet quòd male retulit Pau.de caſtr.in.l.etiam.in princi. ff.ſolu.matrimo.dum refert Bal.dixiſſe in.d.auten.defuncto.quòd ſimpliciter concedendo emphyteoſim,videtur eccleſia concedere in tertiam generationem.& hoc etiam patet,nam ſi de hoc fuerat caſus in.d.§.emphyteoſim Bal.in.d.c.1.in fin.quibus modis feu.conſti.poſsit.non ita dixerat tenendum cordi & notandum,quòd arguendo de feu.ad emphyteoſim tranſiret emphyteoſis ſimpliciter recepta ad filios maſculos & quod.d.§.emphyteoſim.debeat intelligi,quando fuit expreſſum de filiis & filiabus,tenet Ioan.de Imol.in dicto capitu.potuit ad fin.de locato.ſed quia iſta eſt noua conſideratio ad. d.§.tu cogita ſuper ea nã ex aliquibus verbis.d.§.emphyteoſim innuitur,quòd & ſi de filiis & nepotibus non fiat mentio:in conceſsione tamen intelligatur in eis facta,cum dicit q̃ de viro aut vxore debet eſſe expreſſe dictum.& ſic vult quòd in filiis & nepotibus non exigitur talis expreſsio. ¶Aduerte etiam,quòd cum hodie, vt dixi,emphyteoſis eccleſiæ poſsit dari in perpetuum,ſi concederetur interueniente iuſta cauſa alienandi,& interuenientibus ſolennitatibus à iure canonico requiſitis,licet concederetur ſimpliciter,intelligeretur perpetuo conceſſa,& tranſiret etiam ad hæredes extraneos,vt & voluit Alexan.in.d.l.etiam.in princip.& ſatis eſt de mente decij in.d.colum.15.& hoc caſu poſſet ſaluari & procederet opin. Ioan.de Imol.in dicta lege quod dicitur. ¶Si verò priuatus ſimpliciter concedat emphyteoſim, tunc bene crederem quòd tranſeat in hæredes recipientis etiam extraneos,ex quo fuit conceſſa ſine temporis præfinitione per.l.ſi pactum.ff.de proba.& argu. dict. leg. ſeruus. ff.de pœnis. ¶Ex prædictis etiam patet malè dixiſſe Bal. in lege ſecunda columna prima.C.de iure emphyteo.& in.§.finali. de feu.dat in vicem.l.commiſſo.alias eſt in capitu.quidam.de vſu mediolanenſi.vbi dicit quòd ſi quis acquiſiuit emphyteoſim eccleſiæ per præſcriptionem,quòd emphyteoſis ſic præſcripta extenderetur ad tertiam generationem,ſicut dicit ipſe ſi informiter eſſet conceſſa.i.ſine perſonarum diſtinctione intelligitur in tertiam generationem allegando.d.§.emphyteoſim qui forte hoc non probat & in.q. Bald. de emphyteoſi præſcripta. contrarium tenet Angel.in dicta lege ſecunda.imò quòd intelligatur ad vitam præſcribentis, & ſic quod minimum eſt & fortè in emphyteoſi præſcripta iſtud eſt verius,quidquid dicat Iaſon.in dicta lege ſecunda.in.89.colum. totius tractatus.

ne, [a] por cada año: e tal pleyto como eſte, deue ſer fecho con plazer de am-

In nob vsed. et L.10. tit. 6. et L.3. tit. 8. lib. 5

a ¶*Segun ſe auiene.* Veluti quod tranſeat ad primogenitum ſecundum Bald.in lege ſecunda.columna prima.C. de iure emphyteo. & Iaſo. ibidem colum.69.totius tractatus verſicu. ſecundo quærit Bald.& vult ibi Bald.inſpici tempus mortis in conſideratione primogenitur̃ quia ſucceſsio habet naturã relationis ad tempus mortis,& ideo inſpicitur prioritas quę tunc in rerum natura verſatur allegat.l.ex facto.§.penultimo.ff.ad Trebellia.quod verbum nota ad maioricatus,valebit etiam pactum,quòd ſpurij ſuccedant ſecun

(c) 2010 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación